

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum mitigetur per compassionem amicorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVÆST. XXXVIII.

quod affectus est scie-
t, & hac doctrina
utere superius, cum
de delectatione con-
templationis dispu-
tas. Quo autem appe-
ritus inferior poti-
moneat, planū est
ex litera, quod ex re-
dundantia fit, ut in
responsione ad 3. di-
citur.

qui ad fatigationem, quæ acci-
dit ex aliqua transmutatione inna-
turali; nam & ipsa tristitia fatiga-
tionem quandam, seu ægritudi-
nem appetitu virtutis importat.
Sicut igitur quælibet qui ad
corporis remediu afferit contra quæ-
libet fatigationem ex quacunq; cā
innaturali prouenientem: ita q̄li-
bet delectatio remediu afferit ad
mitigandam quamlibet tristitiam
ex quoque procedat.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ licet non omnis
delectatio contrariatur omni tristitia secundū spēm,
contrariatur tamen secundum genus, ut supra dictū
est: & ideo ex parte disponsi subiecti quælibet tristi-
tia per quamlibet delectationem mitigari potest.

AD SECUNDVM dicendum, quod delectationes ma-
lorum non cauunt tristitiam in præsenti, sed in futu-
ro, inquantum s. malis penitentie de malis, de quibus
lætitiam habuerunt, & huic tristitia subuenitur per
contrarias delectationes.

AD TERTIUM dicendum, q̄ quando sunt duæ causæ ad
contrarios motus inclinantes, utraque alteram impe-
dit: tamē illa finaliter uincit, quæ fortior est & diu-
nior. In coautem qui tristatur de his, in quibus si
mulcum amico mortuo, uel absente delectari cōsue-
uit, duæ causæ in contrariū inducentes inueniuntur.
Nā mors, uel absentia amici recognitata inclinat ad do-
lorem: bonū autē præsens inclinat ad delectationē,
vnde utrumque per alterum minuitur: sed tamen q̄a
fortius mouet sensus præsensis, quā memoria præte-
riti: & amor sui ipsius quā amor alterius diurnius
manet, inde est q̄ finaliter delectatio tristitiam expel-
lit. Vnde post pauca subdit idem Aug. * quod pristi-
nis generibus delectationum cedebat dolor eius.

ARTICVLVS III.

Vtrum dolor, & tristitia mitigetur per compas-
sionem amicorum.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vr. quod fletus nō
mitiget tristitiam. Nullus. n. effectus diminuit
suum cauam: sed fletus, uel gemitus est effectus tri-
stitia: ergo non minuit tristitiam.

¶ 2 Præt. Sic ut fletus, uel gemitus est effectus tristitia,
ita rīsus est effectus lætitiae: sed rīsus non minuit læti-
tiam. ergo fletus non mitigat tristitiam.

¶ 3 Præt. In fletu representatur nobis malum contri-
stantis: sed imaginatio rei contristantis auget tristitia,
sicut imaginatio rei delectantis auget lætitiam. ergo
uidetur, quod fletus non mitiget tristitiam.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit in 4. Conf.*
quod quando dolebat de morte amici, in foliis gemi-
tibus, & lacrymis erat ei aliquantula requies.

RESPON. Dicendum, quod lacrymæ, & gemitus
naturaliter mitigant tristitiam: & hoc duplice rōne.
Primo quidem, q̄a oē nociuū interius clausum magis affigit, quia magis multiplicatur intentio aīe cir-
ca ipsum; sed q̄n ad exteriora diffunditur, tunc aīe
intentio ad exteriora quodammodo disgregatur, &
sic interior dolor minuitur. & p̄ hoc q̄n homines q̄
sunt in tristitis, exteriori suam tristitiam manifestat
uel fletu, aut gemitu, uel ēt uerbo, mitigatur tristitia.
Secundo, q̄a semper operatio conueniens hoi secū-
dum disponem in qua est, sibi est delectabilis: fletus
autem & gemitus sunt quædam operationes conve-
niens tristri uel dolēti, & ideo efficiuntur eis dele-
tabiles. Cū igitur omnis delectatio aliqualiter mi-
tigetur tristitiam uel dolorem, ut dictum est,

ARTIC. II. ET III.

quod per placentum & genitum tristitia mitige.
AD PRIMVM ergo dicendum, quod ipsa habi-
do causæ ad effectum contrariatur habitudini cō-
stantis ad contrastatum: nam omnis effectus est con-
ueniens sua cause, & per consequens est ei delecta-
bilis. contrastans autem contrariatur contrastato, &
ideo effectus tristitia habet contrariam habitudinem
magis ad contrastatum, quā contrastans ad ipsum.
& propter hoc mitigatur tristitia per effectum tristi-

tia ratione contrarietas prædictæ.

AD SECUNDVM Dicendum, quod habitudo effe-
ctus ad causam est similis habitudini delectantis ad
delectatiū, q̄a utrobique cōuenientia inueniuntur. om-
ne autem simile auger suum simile, & ideo per risū
& alios effectus lætitia augetur lætitia, nisi forte per
accidens propter excessum.

AD TERTIUM Dicendum, quod imaginatio rei
contrastantis quantum est de se, nata est augere tri-
stitiam: sed ex hoc ipso quod homo imaginatur. q̄
facit illud quod conuenit sibi secundum talēm statu-
m, confurgit inde quædam delectatio. & eadem ra-
tione si alicui subrep̄at rīsus in statu, in quo uidetur
sibi esse lugendum, ex hoc ipso dolet tanquam fa-
ciat id, quod non conuenit, ut Tullius dicit in 3. dc
Tuscul. questionibus.

ARTICVLVS III.

C Vtrum dolor, & tristitia mitigentur per compas-
sionem amicorum.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod do-
loramici compatiens non mitiger tristitia. Tob. 2. 5. &c.
16. & Rom. 13. Iec. 3.
Contrario enim contrarii sunt effectus, sed
sicut Aug. dicit 7. Conf.* Quando cū multis gaudet
in singulis uberior est gaudium, quia feruere faciunt
se, & inflammat ex altero. ergo pari rōne, q̄n
multi simul tristatur, uidetur quod sit maiori tristitia.
¶ 2 Præt. Hoc requirit amicitia, ut amoris uicē quis
repandat, ut Aug. dicit 4. Conf. † sed amicus condo-
lens, dolet de dolore amici dolentis. ergo ipse dolor
amici condolentis, est causa amico prius dolenti de
proprio malo alteri doloris, & sic duplicato dolore
uidetur tristitia crescere.

¶ 3 Præt. Omne malū amici est contrastans, sicut &
malum proprium. nam amicus est alter ipse: sed dol-
or est quodam malum. ergo dolor amici condole-
tis auger tristitiam amico, cui condoletur.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 9.
Eth. * q̄ in tristitijs amicus condolens confortatur.

RESPON. Dicendum, quod naturaliter amicus
condolens in tristitijs est consolatiuus, cuius duplice
rōne tangit Phil. in 9. Eth. * quarum prima est, q̄a
cum ad tristitiam pertineat aggrauare, habet rōnem
cuiusdam oneris, a quo aliquis aggrauatus alleuiari
conatur. Cū ergo aliquis uidet de sua tristitia alios
contrastatos, fit ei quasi quædam imaginatio, quod
illud onus alii cum ipso ferant, quasi conantes ad ip-
sum ab onere alleuiandum. & iō leuius fert tristitia
onus sicut ēt in portādis oneribus corporalib. cōtin-
git. Secunda rō & melior est, quia p̄ hoc quod ami-
ci contrastantur ei, percipit se ab eis amari, quod est
delectabile, ut supra dictum est. * unde cum omnis
delectatio mitiget tristitiam, sicut supra dictum est, *
sequit, q̄ uōd amicus cōdolens tristitiam mitget.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in utroq. ami-
citia manifestatur, i. & quod congaderit gauden-
ti, & quod condolet dolenti, & ideo utrumque

Prima Secunda S. Thomæ. L 2 ratione

QVAEST. XXXVIII.

causa redditur delectabile.

AD SECUNDUM dicendum, quod ipse dolor aucti lumen tristitia; sed considerat causa eius, quae est et magis delectat. Et pro hoc pater responsio ad 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per contemplationem ueritatis, dolor, & tristitia mitigentur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod contemplatio ueritatis non mitiget dolorem. Dicit enim Ecl. 2. Qui addit scientiam, addit et dolorem; sed scientia ad contemplationem ueritatis pertinet. non ergo contemplatio ueritatis mitigat dolorem.

Propter. Contemplatio ueritatis ad intellectum speculativum pertinet; sed intellectus speculativus non mouet, ut est in 3. de anima. cum igitur gaudium, et dolor sint quidam motus animi, uidetur quod contemplatio ueritatis nihil faciat ad mitigationem doloris.

Propter. Remedium ageritius apponendum est, ubi est ageritudo; sed contemplatio ueritatis est in intellectu. non ergo mitigat dolor corporalem, qui est in sensu.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 1. Soliloquio. * Videbatur mihi, si le illi mentibus nostris, ueritatis fulgor aperiret, aut non me sensurum fuisse illi dolorem, aut certe pro nihilo tolerarum.

RESPON. Dicendum, sicut supra dictum est, * quod in contemplatione ueritatis maxima delectatio consistit. Ois autem delectatio dolorem mitigat, ut supra dictum est: * et ideo contemplatio ueritatis mitigat tristitiam, uel dolorem; et tanto magis, quanto perfectius aliquis est amator sapientie. et ideo homines ex contemplatione diuina, et futura beatitudinis, in tribulationibus gaudent, secundum illud lac.

i. Omne gaudium existimat frates mei, cum in temporationes uarias incidit. et quod est amplius, et in corporis cruciatus, huiusmodi gaudium inuenitur, sicut Tyburtius martyr cum nudatis plantis super ardentibus prunas incedere, dixit. Vnde mihi, quod super roseos flores incedam nomine Iesu Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod qui addit scientiam, addit dolorem, uel propter difficultatem et defectum inueniendae ueritatis, uel propter hoc quod per scientiam homo cognoscit multa, quae uoluntati contrariantur. et sic ex parte rerum cognitarum scientia dolorem causat. ex parte autem contemplationis ueritatis, delectationem.

AD SECUNDUM dicendum, quod intellectus speculativus non mouet animum ex parte rei speculatorum; mouet tamen animum ex parte ipsius contemplationis, quod est quoddam bonum hominis, et naturaliter delectabilis.

AD TERTIVM dicendum, quod in uiribus anima sit redundantia a superiori ad inferius, et secundum hoc delectatio contemplationis, quae est in superiori parte, redundant ad mitigandum etiam dolorem, qui est in sensu.

ARTICVLVS V.

Vtrum dolor, & tristitia mitigentur per somnum, & balneum.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur quod somnus et balneum non mitigent tristitiam. Tristitia enim in anima consistit: sed somnus et balneum ad corpus pertinent. non ergo aliquid faciunt ad mitigationem tristitiae.

Propter. Idem effectus non uidetur causari ex contraria causis: sed huiusmodi cum sint corporalia, re-

ARTIC. III. ET V.

F pugnat contemplationi ueritatis, quae est causa mitigationis tristitiae, ut dictum est. non ergo per huiusmodi tristitia mitigatur.

Propter. Tristitia, et dolor, secundum quod pertinent ad corpus, in quadam transmutatione cordis confidunt: sed huiusmodi remedia magis uidentur pertinere ad exteriores sensus et membra, quam ad interiorum cordis dispositionem. non ergo per huiusmodi tristitia mitigatur.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 9. Confessio. Aduerterat balnei nomen inde dictum, quod anxietae pellat ex animo. Et infra, Dominici, et euangelii, et non parva ex parte mitigatum inueni volorem meum. Et inducit quod in hymno Ambrosii dicitur, quod quies artus solutos reddit laboris usum, intentesque festas alleuat, iuuenitque soluit anxios.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * Tristitia secundum suam speciem repugnat uitali motioni corporis; et ideo illa que reformant natura corporalem in debitum statum uitalis motionis, repugnant tristitia, et ipsam mitigant. Per hoc etiam quod huiusmodi remedium reducitur natura ad debitum statum, causatur ex his delectatio. hoc enim est quod delectationem facit, ut supra dictum est: * unde cum omnis delectatio tristitiam mitigeret, per huiusmodi remedia corporalia tristitia mitigatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ipsa debita corporis dispositio, in quantum sentitur, delectatio nem causat, et per consequens tristitiam mitigatur.

Hoc ad SECUNDUM dicendum, quod delectatio una alia impedit, ut supra dictum est: * et tamen omnis delectatio tristitiam mitigat, ut non est inconveniens, quod causis sciuicem impediens tristitia mitigetur.

AD TERTIVM dicendum, quod omnis bonadispositio corporis redundat quodammodo ad confortum ad principium, et finem corporalium motionum, ut dicitur in libro de causa motus animalium.

QVAESTIO XXXIX.

De bonitate, & malitia tristitiae, seu doloris, in quatuor articulos dividita.

EINDE considerandum est de bonitate, et malitia doloris, uel tristitiae.

Et circa hoc queruntur quatuor.

Primo, Vtrum omnis tristitia sit malum.

Secondo, Vtrum possit esse bonum honestum.

Tertio, vtrum possit esse bonum utiliter.

Quarto, Vtrum dolor corporis sit summum malum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnis tristitia sit mala.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod omnis tristitia sit mala. Dicit enim * Greg. Nyss. Omnis tristitia malum est sui ipsius natura: sed quod naturaliter est malum, semper et ubique est malum. ergo omnis tristitia est mala.

Propter. Illud quod oes fugiunt,

Super quas triginta nona articulum pri- mun.

In articulo quarto, capitulo 39. dubium occurrit, de qua bonitate uel malitia sit praefens. quanto, si de naturali sit, inepit in fine corporis articuli dicitur. Sed quia famosissimales. Ad

moralem enim moralis malitia spectat. Si de morali, fallit ut deinceps doctrina, tum

qui si tristitia efficit simpliciter mala moraliter, nulla posset ratione fieri bona moraliter, cuius op-

positum in 2. & 3. articulo habetur: tum quia ratio inducita in litera, inefficax etiam hoc nam recta ratio habet quod appetit

quandoque priueum quiete in bono, & anxietae de praefensi-

ti malo, ut patet in uoluntarium afflum, & uoluntibus lucrum pro-

ppter Deum.

Ad hoc dicitur quod hic est sermo de bonitate & mali-

tae morali, sicutum